

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationem Philosophicarum Quarta continens Regulas IIX. circa doctrinam Causae et Causati. Respondete publice Henrico [...] Halberstadt Saxone

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULAS IIX.

circa doctrinam

CAUSÆ ET CAUSATI.

RESPONDENTE

publicè

HENRICO BONHONORÆ/

Halberstadi. Saxone.

Regulis de potentiâ & actu subjungimus eas, quæ CAUSAM & EFFECTUM concernunt, propterea, quod causa & effectus potentiâ & actu fundantur, atque ex iis immediatè oriuntur. Quum enim potentia activa in actum deducitur, id, quod eam obrinet, fit & dicitur causa efficiens; actus autem, vel id, ad quod actus terminatur, est effectus. Ubi etiam ratio finis vel causæ finalis intervenit: actus enim iste est vel finis, vel medium ad finem. Quando potentia passiva deducitur in actum, tunc oritur ratio causæ materialis & formalis: id enim, quod habet potentiam passivam, nunc dicitur materia vel causa materialis: actus autem dicitur forma. Quod si & potentiam objectivam placeat respicere, intervenit & hîc ratio causæ, quando ipsa in actum deducitur: non enim potest id, quod erat in potentiâ objectivâ, esse actu,

actu.
ciat e
Quum
regula
in co
causa
rabim
asign
rum g

I.
ens su
mas T
conti
tueba
i. s. ha
onem
non c
princ
suppo
ristote
rum,
ἐν μὲν
tur, n
repug
hoc ip
non t
seque

actu, nisi aliquid addit, quod ex ente potentiâ faciat ens actu; id verò est agens sive causa efficiens. Quum autem magnus hâc in doctrinâ sese offerat regularum numerus, quarum quædam de causâ in communi, quædam de certò & determinatò causarum genere loquuntur: ideò prius considerabimus Regulas, quæ de CAUSA IN COMMUNI assignantur; postmodum verò unicuique causarum generi peculiarem tribuemus titulum.

REGULA I.

Nihil est causa sui ipsius.

I. *Non est possibile, quod aliquid sit causa efficiens sui ipsius, quia sic esset prius se ipso, inquit Thomas P. I. q. II. a 3. Philosophus I. phys. disputans contra Parmenidem & Melissum, qui omnia statuebant esse unum ens, inter alias rationes t. s. hâc eos oppugnat, quòd tollant omnem rationem principii. Si enim unum tantum ens est, non datur principium; cum tamen ipsi unum principium, idque immobile esse asserentes, præsupponerent, esse principium. Ratio autem Aristotelis est, quòd principium sit ex numero eorum, quæ referuntur ad aliud. Οὐ γὰρ δεχθήσθαι ἐστὶ ἐν μὲν ἑνὶ γὰρ δεχθήσθαι τινὸς ἢ τινῶν.* Ex hisce sequitur, nihil esse principium sui ipsius. (si enim non repugnaret, aliquid esse principium sui ipsius hoc ipso, quod unum tantum ens esse statueretur non tolleretur omnis ratio principii) & per consequens, neque causam sui ipsius; tum quia omnis

mnis

mais causa principium est; tūm quia sicut principium ita & causa est πρὸς ἢ πρῶτον.

II. Videntur tamen obstare: I. Quicquid est à se ipso, est causa sui ipsius. Si enim quod est ab alio, ejus causa est alia, etiam ejus, quod est à se ipso, causa est ipsum. Deus autem est à se ipso. E. Deus est causa sui ipsius. II. Qui potest reddere se ipsum probum, vitiosum, doctum, rudem, pauperem, ille potest esse causa sui ipsius. Homo potest reddere se ipsum probum, vitiosum &c. E. potest esse causa sui ipsius. III. Causa causæ est causa causati, ut infra audiemus. Sed finis est causa suæ causæ. E. est causa sui ipsius. Minor probatur, quia sanitas est causa evacuationis pravorum humorum, nempe finalis: sed evacuatio illa vicissim est causa efficiens sanitatis. Quò pertinet, quod Aristoteles scribit II. Phys. t. 30. & V. Met. c. II. τὸ πρῶτον esse causa τῆς ἐπιπέρας efficientē, & hanc vicissim esse causam τῆς πρῶτης finalem.

III. Ad I. respondeo: Phrasis, esse à se ipso, est ambigua. Accipitur enim positivè & negativè. Positivè accepta est idē, ac influere esse in seipsum & dare sibi ipsi esse: & hoc modò Major propositio est vera, sed Minor falsa. Non enim per influxum & communicationem Deus habet esse, neque à se, neque ab aliò. Negativè accepta est idem, quod non esse ab aliò: & sic minor est vera, major falsa.

IV. Ad II. respondeo: sicut aliud est facere,

alb.

aliquis
facere:
suo & c.
bat par
eum al
ries sit,
albus:
sui ipsi
causam
quid.
dit pro
cit se i
dat sibi
esse ob
tò, & e
facit &
quod es
plicate
se ipsum
commi
dum qu
Phys. t. 3
sas, q
sanitati
cidens
Res san
runt, ne
tenus di
quisquā

aliquid, & esse causam alicujus simpliciter, aliud
 facere aliquid & esse causam alicujus cum appo-
 sito & secundum quid; quemadmodum qui deal-
 bat parietem, non facit parietem, sed solum facit
 eum album, & est causa non parietis, sive ut pa-
 rietis sit, sed est causa parietis albi, sive ut paries sit
 albus: ita & aliud est, facere se ipsum, & causam
 sui ipsius simpliciter, aliud facere seipsum, & esse
 causam sui ipsius cum appposito & secundum
 quid. Jam dico ad Majorem: Qui seipsum red-
 dit probum, vitiosum, doctum, &c. ille non fa-
 cit se ipsum, aut est causa sui ipsius, quia non
 dat sibi esse simpliciter, quum jam antè suum
 esse obtineat, tantum facit seipsum cum appo-
 sito, & est causa sui ipsius secundum quid, quia
 facit & est causa, ut ipse sit probus, doctus, &c.
 quod est esse tale, & secundum quid, non esse sim-
 pliciter. Qui igitur ita argumentatur: Homo
 se ipsum facit doctum &c. ergo se ipsum facit,
 committit fallaciam dicti simpliciter & secun-
 dum quid. Et hoc est, quod Aristoteles ait *II. Phys. t. 3.*
*nonnulla per accidens sibi ipsis esse cau-
 sas, quemadmodum Medicus sibi ipsi est causa
 sanitatis, vel seipsum facit sanum, quod per ac-
 cidens est, eundem esse ἰατὸν καὶ υἰαζόμενον.*
 Res sanè clara est, quod in iis, quæ adducta fue-
 runt, nemo faciat seipsū, quatenus idē est, sed qua-
 tenus diversū quid à se ipso est. Non enim aliter
 quisquā seipsū doctū, probū, sanū &c. facit, quam
 est.

efficiendô in se prohibitam, doctrinam, sanitatem. Aliud autem secundum rem est sanitas, virtus, doctrina; aliud is, cui hæc accidunt, & qui ea in se efficit.

V. Ad III. respondeo: duplex est esse; unum reale, sive actualis existentia; alterum intentionale sive objectivum, quod nihil aliud est, quam cognosci, vel esse cognitum, & sic importat denominationem extrinsecam rei, cui tribuitur hoc esse, nempe denominationem ab actu intellectûs. Finis est & causa & effectus, sed secundum esse diversum. Est enim causa in esse cognitô sive objectô, effectus in esse reali; quemadmodum quum ager propter sanitatem recuperandam sumit medicamentum purgans. sanitas, quæ finis ipsius est, nondum est actu in rerum naturâ; habet tamen esse cognitum, quia apprehenditur ut bona & conveniens ab aegrotô, & in hoc esse exercet causalitatem causæ finalis; sed finis est effectus in esse reali: quemadmodum sanitatis in suo esse reali per evacuationem efficitur. Atque hinc non absurdum est, finem esse quodammodo causam sui ipsius, sed in esse diverso, nempe ut habet esse intentionale, est causa sui ipsius in esse reali. Quemadmodum absurdum quidem est, aliquid esse prius seipso secundum idem esse, non tamen est absurdum, secundum esse diversum. Finis in esse intentionali est prior se ipso in esse reali, Hinc nihil potest esse causa sui ipsius secundum

secundum
nihil re

I. V
indemo
conven
dens: &
um obi
mate)
demum

II. E
absolut
quo vid
catur, q
commu
citur ve
citur, ca

III. E
rimi car
que ull
esse cre
ἐν ὄλῳ
de caus
mnis co
aut etia
nam ej
subjicit
figuum

secundum idem esse, secundum diversum autem nihil repugnat.

REGULA II.

Nihil fit sine causa.

I. Vocat hoc Galenus *I. de meth. med. c. VII.* indemonstrabile axioma, de quò inter omnes conveniat, propterea, quod intelligentiæ sit evidens: & cum videamus, oculum probè manus suum obire, ac rursus nequaquam videre eò (axioma) motos nos dicit, quærere deinceps, quæ demum sit ejus noxæ causa.

II. Et sanè, sine causa efficiente aliquid fieri, absolute est impossibile. Quicquid videtur, ab aliquo videtur, quicquid ædificatur ab aliquo ædificatur, quicquid calefit, ab aliquo calefit. E. & in communi, quicquid efficitur vel fit, ab aliquo efficitur vel fit. Illud autem, à quò aliquid, fit vel efficitur, causa efficiens vocatur.

III. Eorum, qui primi philosophati sunt, plurimi causam materialem solum agnoverunt, neque ullum aliud principium vel causam rerum esse crediderunt. Verùm hæc ipsa causa, quæ est *ἐν ὕλῃς εἶδος*, viam fecit, eosque quærere coëgit de causa efficiente. Si enim quàm maximè omnis corruptio & generatio ex aliquo, ut ex uno, aut etiam pluribus existit, cur id venit, & quænam ejus rei causa est? Neque enim id, quod subjicitur, suam ipsius mutationem efficit neque figurum, v. gr. neque æs suæ utrumque mutationis est

est causa, nec lignum quidem lectum, æs verò statuam efficit, sed aliquid aliud mutationis causa est. Hoc autem querere, aliud principium querere est, quod nos dicamus licet, unde est principium motus. Ita Aristoteles *I. Met. c. III.*

IV. Quantum ad causas internas, potest aliquid fieri, nempe virtute creatrice Dei, ut nulla adsit materia; Quemadmodum ex nihilo à Deo facti sunt Angeli vel substantiæ separatae, & materia prima, quæ ipsæ res etiam nullam formam agnoscunt, cum substantiæ angelorum ipsæ actus sint & formæ simplices, & materia prima, licet concreata cum forma, imò nunquã sit sine forma, forma tamen non est causa ejus sed utriã cum ipsa causa compositi, Sermo autem hîc est de forma, ut est causa formalis.

V. Aristoteles *I. Phys. c. VII. & XII. Met. c. II.* demonstrat, quicquid fit, ex præsupposita fieri materia, & in *VII. Met. t. 22.* causam efficientem & materialem conjungens, *omnia, inquit, que fiunt, & ab aliquò, & ex aliquo, & aliquid fiunt,* quod quidẽ verissimũ de causis secundis & creatis. Earum enim virtute quidquid fit, materiam vel subiectum requirit, ex quo fiat.

VI. De forma alia est ratio: potest aliquid à causis secundis & naturalibus etiam fieri, ut nullam habeat causam formalem. Nam formas ipsas informantes, tum substantiales, tum accidentales fieri, non omninò negari potest, formæ tamen

non

non habet
formam
torum

VII.

Iosophu
compos

t. 4. r. 2

de & in

vel subj

pliciter

fieri. E

tentiã n

sed pote

actu. C

pse Phil

esse via

ita: quor

Meteor

Met. c.

eri, ut v

tam.

VIII.

rit Phil

esse, vel

tes disc

Po

I. P

non habent causam formalem, sed ipsæ sunt causæ formales corporum naturalium, aut compositorum per accidens.

VII. Verum quidem esse censemus, quod Philosophus VII. Met. c. IIX. de professio disputat, compositum fieri, non formas, & I. Phys. c. VII. t. 4. τὸ γινώσκον, ait, ἀπὸν αἰεὶ σύνθετον ὄν. Unde & in isto capite omnia, quæ sunt, ex materia vel subjecto & forma fieri docet: non tamen simpliciter negari potest, formas quoque suo modo fieri. Educuntur enim per generationem de potentia materiae, & sic cum antea non essent actu, sed potentia solum, in generatione accipiunt esse actu. Quidni igitur fieri quoque dici possent? Ipse Philosophus II. Phys. t. 14. dicit, generationem esse viam ad formam. Quod Averroës explicat ita: quod generatio sit via ad hoc, ut forma fiat. III. Meteor. c. IIV. dicitur terræ motus fieri. VII. Met. c. IIX. dicuntur quædam & arte & causa fieri, ut valetudinem; ut plura alia loca omnittam.

VIII. An autem & creationem rerum agnoverit Philosophus & ex nihilo aliquid à Deo factum esse, vel fieri posse, statuerit, de eo inter Interpretes discrepat, quos, qui vult, videat.

REGULA III.

Positâ causâ, ponitur causatum, &
vice versâ.

I. Positò generante, non ponitur id ipsum,
quod

G 2

quod generatur, propterea, quod id, quod generat, est, id verò, quod generatur, non est. Deum, *οικονομῶ* ædificat, domus, quæ ædificatur, non statim est, cum aliquot mensibus imò unò vel pluribus annis elapsis demùm existat. Non ergò positio causæ infert secum positionem & existentiam effectus. II. Dum media pro consequendò fine ponuntur & adhibentur, finis nondum est, sicut sanitas adhuc desideratur, dum medicamentum æger sumit. E. nec posito causato ponitur causa, cum usus mediocum causarum finis sit.

II. Cum utrumque, tam causam, quam causatum, poni, possit bifariam intelligi, I. in esse absoluto quoad res ipsas, sive quæ causa & effectus denominantur, secundum se. 2. In actu secundo, sive quoad esse causæ & effectus formaliter, facit pro explicatione Regulæ sequentes conclusiones.

III. I. Positæ causæ formaliter, sive in esse causæ, ponitur effectus in esse effectus & vice versa. Et res evidens est: quia poni causam in esse causæ est, eam causare, & effectum poni in esse effectus, est, eum causari vel fieri. At impossibile est aliquid causare, ut non sit aliquid quod causetur, & vice versa, aliquid causari, ut non sit aliquid, quod causet: quemadmodum fieri nequit, ut aliquid calefaciat, nec sit, quod calefaciat, & vice versa. Conclusionem hanc significavit Aristoteles, quando II. Phys. c. III & V. Met. c. II. causam in actu & effectum in actu simul esse dicit, Et verum est

est de ef-
tur II.
sam esse
fuerit, &

IV.
Et vel
sit, vel d
ita intel
nitur ab
ctus det
causam
actu sec
ctu scrib

V. D
mâ, non
etiam d
xima, n
procedi
mota, t
latâ cau
positâ n
spiratio
quit, sec
se est, re
nullis a

VI
tò, nem
tur rem
mo sit, n

quod gene-
 st. Deum
 atur, non
 o vel plu-
 Non ergo
 & existen-
 sequendo
 dum est;
 dicamen-
 nitur cau-
 sit.
 quam cau-
 in esse
 & effectus
 cando, si
 er, facit
 usiones,
 esse cau-
 rsa. Et
 se causa
 effectus,
 de est ali-
 aufetur,
 aliquid,
 t, ut ali-
 t, & vice
 stoteles
 causam
 t. Et veru
 est

est de effectu & causis sic consideratis, quod habe-
 tur II. Post. t. 56. nempe effectus presentis cau-
 sam esse presentem, ejus, qui infuit, causam, quæ
 fuerit, & futuri futuram.

IV. Quum verò quæstio hic esse possit de effe-
 ctu vel indeterminatè sumptò, quicumque ille,
 sit, vel determinatò, tali scilicet vel tali; conclusio
 ita intelligèda est: *posità causà in actu secundò, po-
 nitur aliquis effectus indeterminatè.* Ut autè effe-
 ctus determinatus sive talis ponatur, necesse est,
 causam poni in determinatò, tali scilicet vel tali
 actu secundò, v. g. non nisi positò homine in a-
 ctu scribendi, scriptura efficitur,

V. Dicunt, effectum poni posità causà proxi-
 màm, non autem posità remotà. Quam ob causam
 etiam demonstratio, cujus medium est causa pro-
 xima, non negativè tantùm, sed & affirmativè
 procedit; illa verò, cujus medium est causa re-
 mota, tantùm negativè, quoniam nimirùm sub-
 lata causà remotà effectus quidem tollitur, sed
 posità non ponitur: ut anima est causa remota re-
 spirationis, si quid animà careat, respirare ne-
 quit, sed si vel maximè animatum sit, non neces-
 se est, respirare, sicut perspicitur in plantis & non
 nullis animalibus.

VI. Vera hæc sunt de effectu determina-
 tò, nempe illo, cujus respectu aliqua causa dici-
 tur remota. Si autem de effectu indeterminatè ser-
 mo sit, non opus est ista distinctione, cum quavis

causâ in actu, vel in esse causæ positâ, ponatur aliquis ejus effectus in esse effectus, vel in fieri; positâ nimirum sic etiâ causa remota, ponitur effectus, quia nulla est causa remota respectu alicujus effectus, quæ non ratione alterius sit proxima. Ea igitur in actu positâ, si non ponitur effectus, cujus ratione dicitur remota, ponitur tamen ille, cujus respectu est proxima.

VII . II. *Posita causâ in esse causæ, non necesse est poni effectû in esse absoluto.* Quæ in instanti producuntur, illa sunt in suo esse absoluto, quando causa eorum ponitur in actu secundo, vel quando fiunt: ut Sole illuminante non potest non esse lumen. At quorum productio vel fieri est successivum, illa non semper sunt in esse absoluto vel facta, etsi causa sit in actu secundo, id quod probat argumentum primum §. I.

IIIX. Sunt, quorum esse est fieri, neque præter fieri aut esse effectus aliud esse absolutam habent, quale quid est motus. Sed quibus in rebus illa duo esse diversa sunt, de iis sermo est in hac II. *Conclus.*

IX. III. *Positô causâ in esse absoluto, nec in esse effectus vel in fieri, nec in esse absoluto, effectum poni necesse est.* Ut etsi sint architectus & fabri, sit, ut non ædificetur domus, ut quando illi dormiunt, ægrotant, aut aliud quid agunt, cum etiam longum tempus abire possit, ut nulla ab ipsis domus extruatur: & accidere potest, ut omnia ædificia extructa ab illis, combusta sint, aut alio modo

pe-

pericri
fuit, ne
posset i
in æter

X. I
natural
absolut
requisit
tem in
positâ
xta Con
luto cu
Etu secu
bus om
rali in
nitur e

XI.

quæ re
tuunt
semper
le semp
nunqu
tem, n
ter res
eri, ut
fornac
bureb
alio m

XL

perierint, ipsis viventibus. Ita Deus ab æternò fuit, nec tamen ab æternò mundus est creatus; & posset is omnes res alias destruere, ipsò manente in æternum.

X. Duo sunt causarum genera, nempe causa naturalis & libera: posita causâ naturali in esse absolutò, & præsentibus omnibus ad agendum requisitis, non potest non poni ejus effectus, saltem in esse effectus, sive in fieri. Et ratio est, quia posita causâ in actu secundò, ponitur effectus, juxta *Concl. I.* Sed posita causâ naturali in esse absoluto cum omnibus requisitis, ponitur etiam in actu secundò, cum non possit non agere, præsentibus omnibus requisitis. Ergò posita causa naturali in esse absoluto cum omnibus requisitis, ponitur effectus in esse effectus, sive in fieri.

XI. Et quia quædam causæ naturales sunt, quæ requisitis suis ad agendum nunquam destituuntur, ideo etiam iis positis, necesse est poni semper effectum necessitate naturæ: ut creato Sole semper aliqua pars mundi est illuminata, & nunquam ignis est, ut non sit calefactio. Dixi autem, *necessitate naturæ*, quia potentiâ divinâ aliter res habere potest; ut posset, virtute divinâ fieri, ut ignis non calefaceret, quemadmodum in fornace Babylonica ignis sanctos viros non comburebat. Deo subtrahente concursum suum, aut alio modo vim ejus ab ipsis propellente.

XII. Causam liberam quod attinet, ea posita

in

in esse absoluto cum omnibus requisitis, potest non poni effectus, quod patet partim ex supra dictis, partim ex natura hujus causæ. Non enim ponitur effectus, & quidem in esse effectus, nisi posita causa in actu secundo. At posita causa libera in esse absoluto cum omnibus requisitis, non necesse est, ut ponatur in actu secundo, quia ejus ratio in hoc consistit, quod positis ad agendum requisitis, possit agere. & non agere. E. posita causa libera in esse absoluto, non necesse est fieri effectus.

XIII. IV. Posito effectu in esse absoluto, nec in esse causæ, nec in esse effectus necesse est poni causam. Prior pars patet experientia. Si enim domus exadificata sit, permanet, architecto & omnibus fabris sublatis. Ex quo & posterior pars evidens est, quia causa non potest poni in esse causæ, sive in actu secundo, nisi ponatur in esse absoluto, cum actus secundus esse absoluto causæ fundetur, & ab eo procedat. Si ergo non existente amplius causa in esse absoluto, potest effectus subsistere, necessario sequitur, eam etiam subsistere, ut causa non sit amplius in actu secundo.

XIV. Conclusiones hæc de causa & effectu in esse absoluto consideratis, exposuit Philosophus *loc. §. III. cit.* hisce verbis: *Quæ (causæ) secundum potentiam dicuntur,* (intelligit causam & effectum secundum esse absolutum, sicut notat etiam Fonseca *l. V. Met. c. II. q. XIII*) *non semper*

per ipsa
adificat

XV.

est. Ad

§. ult. i

ponunt

realis e

tur, ut

nis in e

exercet

esse, in

XVI.

actu sec

ut sit ac

tionem, c

necessa

vel quæ

quæ aliq

finali, fi

dat in de

tequam

potest ut

fas, quæ

externus

aliquid

statim ca

onem sp

ponitur

jus effect

per

per ipse simul sunt & non sunt. Non enim domus & adificator simul intereunt.

XV. Ad primum argumentum §. I. responsum est. Ad alterum quid dicendum sit, patet ex *Reg. I. §. ult.* nempe, dum media pro consequendo fine ponuntur & adhibentur, finis nondum est in esse realis existentiae. Verum tale esse non requiritur, ut finis sit actu causa: Ponitur tamen tunc finis in esse cognito, in quo causalitatem suam, exercet. Posito ergo effectu, ponitur causa in eo esse, in quo est causa.

XVI. De causa finali: Posito fine, scilicet in actu secundo (ad quod quidem non requiritur, ut sit actu in reru natura, sed sufficit, si sit in intentione, quemadmodum ex *praeced.* patet) non necessarium est, poni aliquem actum externum, vel qui ad executionem pertinet, siquidem, quum aliquis movetur ab aliquo, tanquam a causa finali, fieri potest, ut multum temporis intercedat in deliberatione & electione mediolorum, antequam ad executionem progrediatur, imò fieri potest ut propter difficultatem, vel alias ob causas, quae se in deliberando offerunt, nullus actus externus & nulla executio sequatur: Et sic potest aliquid esse finis, ut vel plane non, vel certe non statim causetur actus externus, & qui ad executionem spectet. Posito verò fine in actu secundo, ponitur necessario aliquis actus internus, qui eius effectus sit, saltem amor ejus, Fieri namque haud

haud potest, quin, quum aliquid ut causa finalis actu movet agens, in agente amor suis excite- tur. De materia & forma videbimus infra.

REGULA IV.

Negatâ causâ, negatur effectus, & vice versa.

I. Tritô sermone ita: *Sublatâ causâ tollitur effectus.* Nos malimus dicere: *Negatâ causâ negatur effectus;* non, quod illud verum esse negamus, aut usum ejus improbemus, sed quia angustius esse hoc nostro putamus. Nam *negari est non existere,* sive antea extiterit, sive non; at *tolli* propriè importat *non existere, cum extiterit.* Quomodo enim dici potest tolli, quod non est vel fuit? Rectius autem in illâ generalitate Regulam proponi, inde patet quod continet verbum oppositum verbo regulæ præcedentis, quod est *poni.* *Poni est existere.* Sensus enim est *Existente causâ, existit effectus.* At *non existere* non tantum opponitur *tô tolli,* vel *non existere, cum extiterit;* sed *tô non existere* in comuni, sive extiterit sive non

II. Conclus. I. *Negatâ causâ quoad actum secundum, sive quoad esse causâ, negatur effectus in esse effectus, sive quoad fieri, & vice versa.* Res manifesta est ex Reg. præc. s. III. *Negari enim causâ in esse causâ, est, eâ non causare, & negari effectum in esse effectus, est, eum non causari vel fieri.* At quando non causat aliquid, nec causatur aliquid & vice versa.

versa
& V.
tus in
phi, q
simul
la fun
IX. do

III.
lutum
fieri, h
ced. C
negatu
causâ
ad esse
absolu
gatâ et
effectus

IV. C
non ne
est, fut

V. C
tum, n
citur e
xistat,
truenc

VI.
tum, n
& vice
necesf
Quod

versâ, Et hoc est, quod Philosophus *II. Phys. c. II. & V. Metaph. c. II.* dicit; *Causa in actu, & effectus in actu, simul non sunt.* imo in verbis Philosophi, quando ait: *causa in actu, & effectus in actu simul sunt & non sunt,* & hæc, & præcedens regula fundantur, quod & Javellus *Lib. V. Met. Qu. IX.* docet.

III. Conclus. II. *Negatâ causâ quoad esse absolutum, negatur effectus, in ratione effectus, sive in fieri, h. e. fieri non potest.* Ratio sumitur ex præced. *Conclus.* quia negatâ causâ quoad esse causæ, negatur effectus in ratione effectus. Sed negatâ causâ quoad esse absolutum, negatur etiam quoad esse causæ; cum esse causæ præsupponat esse absolutum, nec causa causare possit, nisi sit. E. negatâ etiam causâ quoad esse absolutum, negatur effectus in esse effectus.

IV. Conclus. III. *Negato effectû in ratione effectus, non negatur causa in esse absoluto.* Ut non necesse est, futurê non esse, si nullus efficiatur ab eò calceus.

V. Concl. IV. *Negato effectû quoad esse absolutum, non negatur causa in esse causæ.* Quod perspicitur ex *Reg. præced.* Si enim domus nondum existat, colligi inde nequit, ædificatorem in eâ extruenda non esse occupatum.

VI. Concl. V. *Negatâ causâ quoad esse absolutum, non necesse est, negari effectum in esse absoluto, & vice versâ, negatô effectû quoad esse absolutum, non necesse est, negari causam quoad esse absolutum.* Quod significavit Philosophus *l. cit.* quando ait:

G 6,

Qua

Qua (causa) *secundum potentiam dicitur* (intelligit causam & effectum secundum esse absolutum, non semper ipsa simul non sunt. Neq; enim domus & edificator simul intereunt. Contingit enim edificatorem vivere combustis ædibus, quas extruxit, & ipse possunt durare ipso extincto.

VII. Habet isthac regulam usum in Theologicis. Nostrates contra Pontificios, peccatum originale in baptismo tolli asseverantes, sic argumentantur: Si tolleretur peccatum originale in baptismo, tollerentur quoque fructus & effectus ejus, qui sunt concupiscentia carnis, & contra spiritum rebellio. Sed posterius non est, quemadmodum testatur experientia. E. nec prius. Consequentia patet, quia sublata causa tollitur effectus.

XII. Hic respondent, negando majorem. Quid notius, ajunt, quam cessare frequenter causam, stante fructu seu effecta? Comburatur arbor, an ideo marcescent ex ea collecta poma? Percussionis effectus est inflictum vulnus. Manet vulnus, licet percussio non sit amplius.

IX. Sed hæc responsio non solvit argumentum. Ea enim nihil aliud evincit, quam id, quod in *Conclus. V.* asseruimus, nempe effectum, qui jam factus est, non statim tolli sublata causa. Ad argumentum nostratum nititur conclusione II. Sermo enim in eo est de fructibus peccati originalis non ante baptismum editis, sed de iis, qui post baptismum sese exerunt. Sublata causa, tollitur ef.

effectur in b
modo
sunt? P
rò esse;

X.

setunt
vel fun
gatò si
referur
quod
fines, n
sed ne
sine ne
finem.
in matr
marius
non ha
licite, p
gii finis
rem fac
strumen
cessante
strumen

C

I. H

effectus quoad fieri, id est, fieri non potest. Si igitur in baptismo peccatum originis tollitur, quomodo post baptismum novi ejus fructus dari possunt? Effectus futuri, necesse est, causam in futuro esse; ex II. Post. t. 56.

X. De fine distinguo: quæ enim in finem referuntur, vel sunt res factæ, ut medicamentum, vel sunt actiones, ut applicatio medicamenti. Negatò sine tolluntur actiones, quæ ad illum finem referuntur. Quod tamen ita intelligendum est, quod, quàm unius actionis plures possint esse fines, non negetur statim actio, si unus negetur, sed necesse sit, negari omnes. Potest enim unò sine negatò, nihilominus actio esse propter alium finem. Ita sæpe fit, ut quis foeminam effœtam, in matrimonium ducat. Finis conjugii, qui primarius est, nempe generatio sobolis, hic locum non habet: ducitur tamen istiusmodi uxor, idque licitè, propterea, quod alius adhuc datur conjugii finis. Sublatò sine, non est necesse, tolli rem factam propter finem. Ut, si aliquod instrumentum factum sit propter aliquem finem, cessante sine, non est necesse, ipsum protinus instrumentum è mediò tolli.

REGULA V.

Causa prior est causato. I. Post. t. 11.

& II. Post. t. 116

I. Hujus propositionis veritatem dubiam videntur

Videntur facere sequentia: I. quia causa & causa-
tum sunt relata: relata autem simul sunt naturā,
II. Sol est causa radiorum, & forma est causa for-
mati, & tamen nec Sol radiis, nec formatō for-
ma prior est. III. Finis est causa mediorum, me-
dia tamen sunt eo priora. IV. Philosophus in lo-
cis aliquoties citatis expressè ait: *causam in actu
simul esse cum effectu in actu.*

II. Pro explicatione Regulæ dicimus, secun-
dum esse absolutum, quandam causam tempore
priorē esse causato, quandam non esse. Prior-
itas manifesta est, quia Deus, qui est causa prima,
ab æternō existit, quamvis nulla ejus effectus ab
æternō fuerit. Imò omnis causa libera, cum posi-
tis omnibus ad agendum requisitis possit agere,
& non agere, secundum esse absolutum potest
tempore suum effectum antecedere. Ita & li-
gnum diu ante est, quàm lectus ex eo fiat, quod
& in alijs materijs rerum arte factarum perspi-
citur. Materia prima non potest quidem exi-
stere sine omni forma, & ut non constituat al-
iquid compositum, prior tamen est tempore,
hæc vel illa forma, hoc vel illo compositō. Poste-
riorem partem probat causa naturalis, si in pri-
mo instanti sui esse habeat omnia requisita ad a-
gendum, quemadmodum hinc Soli est coævū.
Forma nunquàm antecedit compositum, sed si-
mul atq; illa est, hæc est, nisi quod anima rationalis post mortem subsistit, et si tunc nullum sit com-
positum

positum
XII. M
efficien
te effec
existat.

III. S
sumpta
or est c
simul. E
dicit, c
esse & n
gimus.

IV.
mnis c
quibus
ristotel
to prior
rum mo
or. Nam
tempor
sequent
ta: Eor
reciproc
alterum
quitur;
homine
dicimus
quodam
te oratio

positum, quod constituat. Quod pertinet locus *XII. Met. t. 16.* ubi hoc discrimen inter causam efficientem & formam constituitur, quod illa ante effectum exorta sit, hæc autem simul cum eo existat.

III. Si autem loquimur de causâ formaliter sumpta, sive in actu secundo, nulla tempore prior est causato formaliter, sive in esse causati, sed simul. Et hoc est, quod vult Aristoteles, quando dicit, causam in actu, & effectum in actu simul esse & non esse. Sed hac de re in præcedentibus egimus.

IV. Quantum ad prioritatem naturæ, sic omnis causa causato suo prior est. Quinq; modos quibus unum altero prius dicitur, proposuit Aristoteles *c. XII. categ.* quorum secundo & quinto priora aliqua dicuntur natura: & altero horum modorum quælibet causa effectui suo est prior. Nam quædam causa eum suo effectui simul est tempore, & cum eo recipiatur in essendi consequentia, & de hac scribit expressè Aristoteles *ita: Eorum, que secundum essendi consecutionem recipiuntur, quod quomodocumq; est causa. cur alterum sit, merito prius natura dici potest.* Ita sequitur: Homo est. E. vera est oratio, qua dicimus, hominem esse: & vicissim, vera est oratio, quæ dicimus hominem esse. E. homo est. Est autem res quodammodo causa, cur oratio sit vera; vera autem oratio nequaquam est causa, cur res sit. *Homine*
igi-

igitur esse, est prius naturâ, quam veritas orationis, quâ dicimus, hominem esse. Sic Sol est causa luminis sui, ut reciprocetur hinc essendi consequentia; Sol ergo hoc modo est prior naturâ lumine. Quædam autem causa non est cum suo effectu simul tempore, & ab effectu quidem ad causam, sed à causa ad effectum non valet consequentia. Ut non sequitur: ferrum est, ergo gladius vel serra est; hoc animatum est, ergo respirat; Sequitur autem, gladius vel serra est, ergo ferrum est; hoc respirat, ergo animatum est. Et in hisce causa est effectu prior naturâ secundò modo, quo philosophus prius esse dicit, quod non reciprocatur essendi consequentia.

V. Inquis: Datur quædam causa, ad quam ab effectu non datur consequentia, sicut nec ab ipsa ad effectum, quod evidens est ex *Reg. III*. Quemadmodum non sequitur: ædificator est, ergo domus est: ita non sequitur domus est, ergo ædificator est: cum fieri possit, ut ædificator moriatur ex ædificata domo.

VI. Sed respondeo: Licet non sequatur, domus est, ergo ædificator est; sequitur tamen, domus est, ergo ædificator eam ædificavit, vel ergo ædificator est vel fuit.

VII. Jam ad argumenta in principio proposita. Ad I. dicit Suarez, causam & effectum, quatenus talia sunt; non esse relata prædicamentalia, sed transcendentalia, & quod relata dicuntur esse

esse tran
quire

IX.
forma
esse fin
naturâ
esse de

IX.
sam te
dem o
lumin
nihil o

X.
spicun
causat
tur ad
aliquo
cundum
quidem
verum
fectus.

I. A
p. 1. 1.
dicit ef
& dicit
notiora

esse simul naturâ, de illis intelligi, non de his: transcendentalem enim habitudinê non requirere simultatem naturæ.

IX. Alii respondent, causam & effectum formaliter sumta, & ut causa & effectus sunt, esse simul naturâ; cum autem dicitur, causam naturâ priorem esse effectui, id solum verum esse de causâ quoad esse absolutum.

IX. Secundum probat, non omnem causam tempore esse effectui priorem, quod quidem conceditur. Sol tempore non est prior lumine suo, nec forma formatô; utrobique nihil ominus est prioritas naturæ.

X. Ad III. quid respondendum sit, perspicuum est ex suprâ dictis. Causa est prior causatô secundum illud esse, quod requiritur ad causandum. Esse, quod requiritur, ut aliquid sit causa finalis, est esse cognitum. Secundum hoc certè finis prior est mediis. Est quidem finis in esse reali posterior mediis; verum in illô non est causa mediorum, sed effectus.

REGULA VI.

Causa notior est EFFECTU.

I. Aristoteles *I. Post. t. 12. VI. Top. c. III. I. Phys. p. 1. & t. 49. & I. Eth. c. IV. & V. Met. c. XI.* notiora dicit esse duplicia, naturâ, quæ & κτὸν λόγον & ἀπλῶς notiora appellat, & nobis. Nobis notiora esse ea ait, quæ sunt propinquiora

H

sen.

sensui; quam ob causam & natura *relu' d's* notiora vocat. Naturâ autem, quæ longiùs ab eò absunt.

II. Causa notior est effectui naturâ. Quod enim prius est, id est simpliciter & naturâ notius eò, quod posterius est, sicut ait Aristoteles *c. III. L. VI. Top.* Atqui causa est prior effectui, quemadmodum supra docuimus. Est igitur causa naturâ notior effectui. Effectus autem sunt notiores nobis.

III. Quod non ita intelligendum est, quasi nonnulla, ut causa, naturæ sint nota; quum enim natura nihil cognoscat, nihil etiam ipsi notum est, nihil notius aut ignotius; sed intelligendum est ita, quod, dum simpliciter & secundum naturam propriam res cognoscimus, nonnulla, v.g. causa, sunt notiora aliis, v.g. effectibus. A quò enim aliquid dependet suâ naturâ & in esse, ab eò etiam pendet in cognosci, si res simpliciter, & ut natura ipsarum fert, cognoscere velimus. Sed à causâ dependet effectus suâ naturâ & in esse. E. etiam in cognosci dependet effectus à causâ, si res simpliciter, & ut naturæ ipsarum postulant, considerare & cognoscere velimus; quod est, causas esse naturâ & simpliciter notiores effectibus.

IV. Quoniam autem eâ humana est conditio, ut cognitio nostra à sensibus originem du-

ducat.
effectu
Eus in
sticus
men v
mata r
morbi
bus) h

V.

qui stat
jectis e
bus fer
maticis
adeo qu
notius
circulo
quales.
lineam
cùm ta

VI.

bricense
& dem
cis dar
stotelis
tudine
ticis, &
omnes
ad circu
esse ver

ducatur, & verò sensibus propinquiores sunt effectus, quàm causæ, (incurrunt enim effectus in sensus, causis nos latentibus, sicut rusticus etiam videt Lunam obscurari, nectamen videt, quæ ejus rei causa sit: & symptomata morborum sensibus deprehenduntur, morbis ipsis & causis ipsorum sæpè latentibus) hinc effectus nobis dicuntur esse notiores.

V. Sunt, inter quos Toletus *L. I. post. c. I. q. I.* qui statuunt, licet in rebus aliis scientiis subiectis effectus sint nobis notiores, quòd sensibus ferè sint obvi; in rebus tamen mathematicis causas nobis esse notiores effectibus, adeoque in his idem esse & nobis, & naturam notius. Ita lineas omnes à centris æqualium circulorum ad circumferentias ductas esse æquales, notius esse dicunt, quàm super datam lineam triangulum æquilaterum constituere, cum tamen illud hujus sit causa.

VI. Verùm Pererius *L. I. Phys. c. XII. Conimbricenses I. Post. c. II. q. I. a. 6.* & alii, veras causas & demonstrationes ex causis in Mathematicis dari negant, usi inter alia testimoniò Aristotelis *H. Eth. ad Eud. c. VI.* ubi asseritur, similitudine quãdam esse principia in Mathematicis, & ad exemplum §. *preced.* respondent, omnes lineas à centris æqualium circulorum ad circumferentiam ductas esse æquales, non esse veram causam, cur latera trianguli sint

æqualia, quòd, etiam si nulli circuli essent, vel etiam eos ducere impossibile esset, triangulus posset habere latera æqualia, cum id triangulo conveniat ex se, & non ex circulo. Sed hæc aliorum iudicio permittimus.

REGULA VII.

Qualis causa, talis effectus.

I. Atqui, inquis, I. causa est principium communicans esse effectui: E. etiam effectus est principium communicans esse effectui, nempe sibi ipsi. II. Causa mundi, nempe Deus, est infinita. E. etiam mundus est infinitus, si qualis causa, talis effectus est. Utròque consequens est absurdum, antecedens verum. Ergò necesse est, Regulam nostram, quâ consequentia fundatur, absurdam esse.

II. Resp. Sensus Regulæ eum esse existimo: *Quicquid predicatur de causâ, predicatur quoque de effectus*, idque verum est, non de eò prædicatò quod est ratio formalis causæ, aut quod convenit causæ secundum rationem formalem, sed de iis, quæ conveniunt ipsi secundum entitatem absolutam, sive secundum rem substratam denominationi causæ: sicut infinitum esse non competit Deo per hoc, quod est causa rerum aliarum, sed absolute per suam naturam. Rationem autem hujus exceptionis hanc do, quod causa & effectus, ut formaliter sumuntur, opponuntur: sed ratio formalis

unius

unius
secund
alteri o
quid re
tum, no
tio for
la non l

III.
causâ n
quidem
essentia
est intel
ejus den
cesse es
causâ p
unde q
rationa
cata ei,
est ratio
tum v. a
est nec
iam, qu
acciden
ob caus
aut. mer
mercato

IV.
effectu
ne quan

unius oppositi, sicut & id, quod competit ipsi secundum rationem formalem, non competit alteri opposito. Atq; hinc manifestum est, quid respondendum sit ad primum argumentum, nempe, communicare esse effectui est ratio formalis causæ, & propterea de eò Regula non loquitur.

III. Porrò Regulam intelligendam esse de causâ non æquivocâ, sed univocâ tantum, & quidem quantum ad prædicata necessaria & essentialia tantum, ex præcedentibus facillè est intelligere. Quum enim causa univoca sit ejusdem speciei atq; essentiæ cum effectu, necesse est, id quod necessariò & essentialiter de causâ prædicatur, etiam de effectu predicari: unde quia pater est causa univoca filii, & est rationalis, capax disciplinæ, quæ sunt prædicata ei, qui pater est, essentialia, etiam filius est rationalis, & capax disciplinæ. Prædicatum v. accidentale, quod causæ convenit, non est necesse effectui convenire, quoniam ea etiam, quæ speciei atq; essentiæ ejusdem sunt, in accidentibus convenire, necesse non est. Hanc ob causam non sequitur: Pater est Doctor aut mercator. E. filius quoque est Doctor aut mercator.

IV. Quoniam autem causa æquivoca cum effectu speciei atq; essentiæ ejusdem non est, ne quantum ad prædicata essentialia quidem

necesse est, talem esse effectum, qualis est causa, idque probat argumentum secundum, quando quidem Deus est causa mundi & quivoca, quum ne ullius quidem rei causa univoca esse possit.

REGULA II.

Si affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio est causa negationis, & vice versa si negatio est causa negationis, etiam affirmatio est causa affirmationis.

I. Proponuntur isthaec ab Aristotele I. *Post.* 1. 99. Obstat autem I. Quod affirmatio antecedentis est causa affirmationis consequentis, ut si aliquid est homo, licet inferre, quod sit animal; negatio tamen antecedentis non est causa, cur negetur consequens. Nam ex eo, quod aliquid non est homo, non licet inferre, id non esse animal. II. Obstat, quod, si aliquid non est animal, non respirat, nec tamen propterea, si aliquid est animal, respirat, ut patet in piscibus, & per consequens negatio aliquando est causa negationis, ut nihil omnino affirmatio non sit causa affirmationis.

II. Resp. distinguendo inter causam inferendi & effendi. Causa inferendi, hoc est, id ex quo aliquid per discursum inferitur & colligitur, non semper est causa effendi, h. e. cur illud ipsum sit; quemadmodum constat de effectu, ex quo inferimus causam, & sic est causa

inferre
causam.
causam
causam
ad prin
affirma
firmati
causa in
aliquid
esse ani
animal

III.

lere de
gatam ca
fed po
quid ef
hinc, q
spirat;
non ce
rare. H
mentur

IV.

proxim
est cau
tio que
tatis; si
causa r
ejusdem
jetanus

inferendi causam, nec tamen est causâ essendi causâ. Aristoteles in hac Regulâ loquitur de causâ essendi; & de eâ valet, non autem de causâ inferendi. Et per hoc patet responsio ad primum argumentum, quia non semper affirmatio antecedentis est causa essendi affirmationis consequentis, sed sæpè tantum est causa inferendi: quemadmodum ex eô, quod aliquid est homo necessariò inferitur, ipsum esse animal; homo tamen non est causa essendi animalis.

III. Dicendum ulteriùs, Regulam non valere de causâ remotâ, quoniam ninurùm negatâ causâ remotâ negatur quidem effectus, sed positâ non ponitur: quemadmodum aliquid esse animal, est causa respirandi remota; hinc, quia planta non est animal, ideò non respirat; sed si affirmetur, aliquid esse animal, non continuò affirmandum est, ipsum respirare. Et per hoc jam responsum est ad argumentum secundum.

IV. Valet itaque Regula tantum in causâ proximâ, ut si debita qualitatatum temperies est causâ sanitatis in corpore animalis, negatio quoq; ejusdem erit causâ negationis sanitatis; sicut & si negatio temperiei debita est causâ negationis sanitatis, affirmatio quoq; ejusdem erit causâ affirmationis sanitatis. Cajetanus & Zabarella *in textum cit. Arist.*